- 99 a) 1. Pectus est, quod disertos facit. 2. Haud pauci homines multos libros coemunt, quos non legunt. 3. Caesar pervenit ad flumen Scaldim, quod (*oder qui*) in Mosam influit. 4. Multi, qui vulnera fortiter acceperunt, iidem dolorem morbi ferre non possunt. 5. Eum, qui palam est adversarius, facile cavendo evites. 6. Fides, ut anima, unde abiit, eo numquam redit.
- b) 7. Caesar Orgetorigis filium et filiam, qui capti erant, obsidum loco retinuit. 8. Caesar Helvetios oppida vicosque, quos (*oder quae*) incenderant, restituere iussit. 9. Caesaris milites cum in Britanniam appulsuri essent, non eadem alacritate ac studio, qua in pedestribus uti proeliis consueverant, utebantur.
- c) 10. Caesar Gomphos venit, quod est oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro. 11. Senones, quae est civitas magnae inter Gallos auctoritatis, dicto audientes non fuerunt. 12. Cyro, quod lumen et decus gentis suae Persae praedicabant, successit Cambyses, qui patri erat impar virtute. 13. Levis est animi iustam gloriam, qui est fructus verae virtutis honestissimus, repudiare.
- d) 14. Ego, qui te confirmo, ipse me non possum. 15. Curtio Rufo¹ Adrumeti² oblata est species muliebris ultra modum humanum et audita est vox: 'Tu es, Rufe, qui in Africam provinciam proconsul venies.' 16. O nox illa, quae paene aeternas huic urbi tenebras attulisti, cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum et flammam vocabantur.³ 17. Ubi illuxit, Scipio⁴ e praetoria nave silentio per praeconem facto: 'Divi divaeque,' inquit, 'qui maria terrasque colitis, vos precor quaesoque, uti, quae in meo imperio gesta sunt, geruntur postque gerentur, ea bene verruncent!'
- 100 1. Napoleon, einst viel beneidet⁵, starb arm auf einer verlassenen Insel. 2. Ein Demagog hält vieles nicht, was er verspricht. 3. Apollo und Diana, die von ihrer Mutter Latona vom Hochmut der Niobe erfahren hatten (= benachrichtigt worden waren), töteten deren

¹) Quästor, später Prokonsul in Afrika, wohl der Vater des Historikers gleichen Namens — ²) (H)adrümētum Stadt an der Kleinen Syrte — ³) Cic., Flacc. 102 — ⁴) auf der Überfahrt nach Afrika (204 v. Chr.), vgl. Livius 29, 27 — ⁵) Rel.-Satz!

Söhne und Töchter, die von ihrer Mutter innig geliebt wurden. 4. Im letzten Krieg sind viele Häuser, Schlösser und Kirchen (= Tempel), die unsere Vorfahren mit großem Kunstsinn erbaut hatten, völlig zerstört worden. 5. Was bei anderen Zorn heißt, das nennt man bei einem Herrscher Übermut. 6. Freue dich über deinen Ruhm, der die ehrenvolle Frucht der Tüchtigkeit darstellt! 7. Pompejus, der die Leuchte des römischen Reichs gewesen war, wurde bei seiner Landung¹ in Ägypten ermordet. 8. Das Gebiet des Kassivellaunus trennt von den Küstenstämmen ein Fluß, der Themse genannt wird. 9. Der Sohn sagt⁰ beim Abschied (= weggehend) zu seiner Mutter: „Mutter, du bist es gewesen, die mich bis jetzt stets getröstet hat.“ Ihm² entgegnet⁰ die Mutter: „Mein lieber⁰ Sohn, ich bin es, die dich auch in Zukunft trösten und stärken wird.“ 10. „Ihr seid die Leute⁰“, sagte Cicero zu den Anhängern Katilinas, „die stets darauf ausgingen, durch die Vernichtung unseres Staates ihr eigenes Vermögen zu mehren.“

Voranstellung des Relativsatzes;

Fehlen des demonstrativen Beziehungswortes

Beachte: a) *Im Lateinischen steht häufiger als im Deutschen der Relativsatz vor dem Beziehungswort (und vor dem Hauptverbum).* 101

b) *Oft (vor allem in Sentenzen) ist im Lateinischen das Demonstrativpronomen aus dem Relativsatz zu erschließen, auch wenn es in einem vom Relativum abweichenden Kasus stehen müßte. Diese Regel gilt besonders bei vorangestelltem Relativsatz.*

- a) 1. Quí parcít virgaé, puerós non diligit ille.
 2. Cíngé capút lauró, gemmís tegé córpus et aúro:
 Quí fuerás pridém, remanébis rústicus ídem.
 3. Éx oculó fratris si vís evéllere lábem,
 quaé tua cónturbát lúmina, tólle trabém!
 4. Scíndentúr vestés, gemmaé frangéntur et aúrum:
 Cármina quám tribuént, fáma perénnis erít.
- b) 5. Stultíssimus est, qui hominem ex veste aestimat. 6. Quém nunc démulcét, mox ést laesúra volúptas. 7. Stultúm facít fortúna, quem vult pérderé. 8. Quos deus perdere vult, deméntat prius. 9. Quem di diligunt, adulescens moritur.

¹) Verbum — ²) Rel.-Pron.

10. Quae medicamenta non sanant, sanat ferrum. 11. Quibus opes nullae sunt, fortunatis obtrectant. 12. Maximum est periculum, qui maxime timent. 13. Miseranda vita, qui se metui quam amari volunt. 14. Video me desertum, a quibus minime oportebat. 15. Bello Helvetiorum confecto principes Gallorum permissu Caesaris diem concilio constituerunt et iureiurando, ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

16. Exlex qui vivit, merito sine lege peribit.

17. Quidquid delirant reges, plectuntur Achiivi.

18. Necesse est multos timeat, quem multi timent.

- 102 1. Was wir als Jünglinge gefehlt haben, das büßen wir als Greise. 2. Vergeblich bemüht sich, wer allen zu gefallen trachtet. 3. Wer sagt, was er will, muß¹ hören, was er nicht will. 4. Die Erde gibt niemals ohne Zinsen zurück, was sie empfangen hat. 5. Xerxes setzte für denjenigen eine Belohnung aus, der ein neues Vergnügen erfand². 6. Die Stoiker behaupten, wer eine einzige Tugend⁰ besitze, sei im Besitze aller Tugenden. 7. Wer schweigt, scheint zuzustimmen.
8. Aufgabe: Stelle aus dem Vorausgehenden diejenigen Sätze fest, die äußerlich einem indirekten Fragesatz ähneln (Form des Relativpronomens!)

Zur Wiederholung:

Weitere Beispiele für das Fehlen des Demonstrativums

- 103 *Merke: Abweichend vom Deutschen unterbleibt im Lateinischen oft die Wiederaufnahme eines Nominalbegriffs durch das Pronomen:*
- bei Anreihung eines vom Nomen abhängigen Genitios (LL § 240, 5; RH § 196 Zus. 1),
 - wenn zwei Verba das gleiche Objekt haben. (LL § 235, 2b; RH § 196 Zus. 2a); beachte hier die Verwendungsmöglichkeit des lateinischen PPP (LL § 249, 3),
 - bei Partizipialkonstruktionen (LL § 235, 2c; RH § 180 Zus. 2).
1. P. Considius in exercitu P. Sullae et postea in M. Crassi fuerat. 2. Solis candor illustrior est quam ullius ignis. 3. Caesar Pompeium ad Pharsalum devicit et usque in Aegyptum persecutus est. 4. Multos illustrat fortuna, dum vexat. 5. Caesar

¹) Fut. — ²) Konj. Plusquampf.

Commio Atrebatum imperat, quas possit, adeat civitates horteturque, ut populi Romani fidem sequantur.¹ 6. Parare libertatem magnum sine dubio est facinus, partam („aber sie“) tueri multo difficilius est. 7. Latrones viatorem occiderunt, occisum ex arbore suspenderunt („dann hingen sie ihn . . .“). 8. Athenienses Delphos miserunt consultum, quidnam facerent de rebus suis. Consulenti Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent.

1. Die alten Griechen nannten die Ceres Gesetzgeberin und verehrten sie als⁰ solche⁰. 2. Pisistratus soll die früher zerstreuten Gesänge Homers gesammelt und sie dann geordnet haben. 3. Es ist besser, die Vorherrschaft der Gallier zu ertragen als die der Römer. 4. Man muß den Geboten Gottes mehr gehorchen als denen der Menschen. 5. Der Vater liebt seinen Sohn und züchtigt ihn trotzdem. 6. Vercingetorix entließ in der Nacht seine ganze Reiterei; als sie sich trennten, gab er ihnen den Auftrag, sie sollten alle Bürger zum Kampfe aufbieten.

Das Beziehungswort im Relativsatz

LL § 210 Ziff. 1, 2b u. 3; RH § 243 Ziff. 1 u. 2

1. Primo magis ambitio quam avaritia animos Romanorum exercebat, quod vitium tamen propius virtutem est. 2. Amanus Syriam a Cilicia dividit, qui mons erat hostium plenus sempiternorum.² 5. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis, quam rem nobilitas aegerrime tulit.³ 4. Atticus familiares Antonii, quibus rebus indiguerunt, adiuvit. 5. Ad quas res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. 6. Quae pars civitatis Helvetiae⁴ insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit. 7. Cicero de Caesare: Quas regiones quasque gentes nullae nobis antea litterae, nulla vox, nulla fama notas fecerat, eas noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragraverunt. 8. Quo anno Tarquinius Superbus Roma eiectus est, eodem Athenienses Hippiam civitate pepulerunt. 9. Quibus herbis bestiae non pascuntur, saepe homines vescuntur. 10. Quae gravissime afflictae erant naves, earum materia Caesar ad reliquas reficiendas utebatur.⁵ 11. Quibus diebus praetores ius dicebant, ii fasti, quibus ius dicere nefas erat, nefasti dicebantur. 12. Quae prima mihi occasio oblata

¹) Caes., b. G. 4, 21, 8 — ²) gemeint sind Räuberbanden; vgl. Cicero, Att. 5, 20, 2 — ³) sagt Marius: Sallust, Jug. 85, 10 — ⁴) nämlich der pāgus Tigurinus: b. G. 1, 12, 6 — ⁵) in Britannien: b. G. 4, 31

est, usus sum. 13. Caesar copias, quas habebat firmissimas, in aciem eduxit. 14. Qua est humanitate [Caesar, permultis adversariis ignovit. 15. Si mihi negotium permisisses, qui meus in te amor est, confecissem. 16. Caesar ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, castris idoneum locum delegit.¹

17. Quae nimis apparént rétia, vítat avís.

18. Quí semel ést laesus falláci piscis ab hámo,
ómnibus únca cibís aéra subésse putát.

19. Quém taurúm metuís, vitulúm mulcére solébas;
súb qua núnc recubás árbore, vírga fuít.

20. Ést mála, quae propriúm demérdat avícula nidum.

21. Quós puerí morés didicére, tenént^f senióres.

22. Aufgabe:

a) Stelle die Sätze fest, in denen der Relativsatz vor dem Demonstrativum steht oder das Demonstrativpronomen überhaupt zu erschließen ist (vgl. Kap. 101b)!

b) Wie könnten die Relativsätze von Satz 14 und 15 noch lauten (LL § 210, 1c; RH § 243, 2c; vgl. weiterhin Kap. 89: ut est)?

106 1. In dem nämlichen Jahre, in dem Korinth zerstört wurde, ist auch Karthago zerstört worden. 2. Jeder übe sich in der Kunst, die er versteht! 3. An der Stelle, wo die Bildsäule des Pompejus stand, wurde bekanntlich Cäsar ermordet. 4. Babylon, eine Stadt, die Nimrod gegründet haben soll, liegt am Euphrat. 5. Alexander besetzte Babylon und Susa, Städte, in denen ungeheure Schätze aufgehäuft waren.

6. Vermöge seiner Gerechtigkeit gelang es Aristides, die meisten Seestädte und Inseln für die Athener zu gewinnen. 7. Cäsar wollte, ehrgeizig wie er war, lieber in einem Alpendorf der erste als in Rom der zweite sein. 8. Cäsar hat infolge seiner Tatkraft in wenigen Jahren ganz Gallien erobert (= befriedet). 9. Bei seinem Scharfsinn sah Themistokles frühzeitig voraus, daß der Krieg mit Sparta unvermeidlich sei. 10. Der schlaue (!) Gyges machte sich den vorteilhaften² Ring zunutze (= machte Gebrauch).

11. Unterscheide und übersetze auf möglichst vielfache Weise:

a) Bei seiner Schlaueit konnte⁰ Hannibal den Fabius hereinlegen (= täuschen).

b) Bei aller Tapferkeit ist es Hannibal nicht gelungen, die Römer zu unterwerfen.

¹) Caes., b. G. 1, 49, 1 — ²) *Substantiv*

Beziehung des Relativpronomens auf einen Satz

LL § 207 e; RH § 240, 3

Beachte: Relativsätze, die sich auf einen ganzen Satz beziehen, werden im Deutschen gern als Apposition wiedergegeben (vgl. LL § 210, 1a; RH § 245, 4 Anm.). 107 | —

1. Eadem nocte¹ accidit, ut esset luna plena, qui dies maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit, id quod nostris erat incognitum (ein den Unsrigen unbekannter Vorgang).
 2. Lacedaemonii Agim regem necaverunt, quod numquam antea apud eos acciderat (ein vorher bei ihnen nie eingetretenes Ereignis).
 3. Timoleon² Corinthius multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam, id quod est documentum, qua fuerit animi magnitudine (ein Beweis für seine Seelengröße; vgl. Kap. 5).
 4. Helvetii e finibus suis exierunt, id quod antea Orgetorige auctore facere constituerant.

1. Cäsar durfte den Lorbeerkranz beständig tragen, was ihm wegen seiner Glatze sehr angenehm gewesen sein soll. 2. Wegen der Erfolge Cäsars hat der Senat am Ende des Jahres 57 ein fünfzehntägiges Dankfest angeordnet, eine Ehrung⁰, die vorher noch⁰ keinem Feldherrn zuteil geworden war. 3. Die Athener feindeten ihre trefflichsten Männer an, ein Schandfleck für dieses Volk. 4. Marcellus ließ den Archimedes ehrenvoll bestatten, ein Beweis, daß er die Tüchtigkeit auch am Feinde³ zu schätzen wußte⁰. 108

5. Aufgabe: Ersetze in Kap. 107 Satz 1—4 das (id) quod durch quae res (vgl. Kap. 105, 5)!

Vermeidung des Relativsatzes nach Superlativen

LL § 210, 2 u. 5; RH § 190, 2 Anm. 2

Der Lateiner vermeidet die unmittelbare Verbindung eines Superlativs (oder superlativähnlichen Ausdrucks wie unus, solus, primus) mit einem Rel.-Satz 109 | —

- durch Herübernahme des Superlativs in den Rel.-Satz (RH § 245, 2 Anm. 1; vgl. Kap. 105 Satz 12 u. 15);
- durch Einschleiben von omnium;
- durch Verwendung des ablativus comparationis (LL § 149; RH § 144);
- durch Zusammenziehung deutscher Satzgefüge in einen Hauptsatz, wenn nämlich der deutsche Relativsatz nur zur Hervorhebung eines Begriffes dient.

¹) in Britannien: b. G. 4, 29 — ²) vgl. Nepos, Tim. 1, 2 — ³) Gen.

Beispiele:

*Jugurtha, der verruchteste Mensch,
den die Erde trägt,
(a—c)*

hat die römische Macht mißachtet.

*Kato, der gelehrteste Mann seiner
Zeit (c), lernte im Alter noch
Griechisch.*

*Ich werde die erste Gelegenheit be-
nützen, die sich mir bietet (a).*

*Die Feinde brachen aus dem einzigen
Tor aus, das zufällig nicht besetzt
war (a).*

*Ich bin der einzige,
der dies einsieht (d).*

*Der Geiz allein ist es, woraus die
meisten Ubel entspringen (d).*

1. Jugurtha, quem terra sustinet sceleratissimum,
 2. Jugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus,
 3. Jugurtha, quo scelestiorem hominem terra non sustinet, imperium Romanorum contempsit.
- Cato, quo nemo illis temporibus doctior erat, senex linguam Graecam didicuit.

Quae occasio mihi prima oblata erit, (ea) utar.

Hostes eruperunt porta, quae una forte non obsidebatur.

Unus (solus) hoc intellego.

Ex una avaritia pleraque mala oriuntur.

1. Themistocles de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit. 2. Milites, quae quisque eorum carissima habebat, ab impedimentis petere properabant. 3. Agamemno cum devovisset Dianae, quod in suo regno pulcherrimum exstaret illo anno, immolavit Iphigeniam. 4. Legiones, quae primae venerant, castra munire coeperunt. 5. Hannibal elephanto, qui solus supererat, vehebatur. 6. Bellum maximum omnium, quae umquam gesta sunt, scripturus sum.¹ 7. Animi virtutes ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine divinius. 8. Ne offeramus nos periculis sine causa, quo esse nihil potest stultius! 9. Agamemno immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. 10. Hannibal princeps in pugnam ibat, ultimus excedebat. 11. Horatius Cocles unus hosti restitit. 12. C. Duilius Poenos classe primus vicit.

- 110 1. Vor der Schlacht bei Marathon sandten die Athener den schnellsten Läufer, den sie hatten, nach Sparta. 2. Mit Recht bewundern wir Cäsar, den ersten unter den römischen Feldherren, der es wagte, Germanien und Britannien zu betreten. 3. Germanikus führte die zuverlässigsten Truppen, die er im Lager hatte, über den Rhein und machte einen Einfall in das Gebiet der Marsen. 4. Hannibal, der größte Feldherr Karthagos, mußte⁰ Gift nehmen. 5. Sokrates, der weiseste Mann seiner⁰ Zeit, wurde im Jahre 399 zum Tode verurteilt. 6. Demosthenes

¹) Livius vom 2. Pun. Krieg

war der größte Redner, den Athen hervorgebracht hat. 7. Die Freiheit, das wertvollste Gut, das wir besitzen, müssen wir freudig verteidigen. 8. Der zweite Punische Krieg, der denkwürdigste, den Rom (!) je geführt hat, hat neunzehn Jahre gedauert. 9. Das einzige, was ich habe, gebe ich dir. 10. Die Phönizier waren unter allen Völkern des Altertums die ersten, die über die Straße von Gibraltar hinausfuhren. 11. Als Alexander der Große Theben eroberte, war es einzig das Haus des Dichters Pindar, das er zu schonen befahl.

12. Welche der vorausgehenden Relativsätze können von einem eingeschobenen *omnium abhängig gemacht werden?*

Adverbium statt Rel.-Pronomen mit Präposition*

LL § 210, 4 u. § 253; RH § 162, 4

1. Quae urbs fuit, unde Lucullus cerasum in Italiam attulit? 111
 2. Aquilae nidos in iis fere locis ponunt, quo nisi cum vitae periculo perveniri non potest. 3. Diodorus¹ apud omnes, quo se contulit, propter virtutem gratus fuit. 4. Adsunt Athenienses, unde humanitas et leges ortae putantur.² 5. Tibi immaturo et, unde minime decuit, vita erepta est.³

6. Ersetze die vorausgehenden Rel.-Adverbien durch die entsprechenden Pronomina!

Verkürzende Wiedergabe lateinischer Rel.-Sätze

LL § 210, 6 (u. angegebene §§); RH § 243, 4; *wdh.* § 177, 3; 178, 3 Zus. 1; 179, 1 Anm.; vgl. auch die Kapitel 5, 107 u. 169!

1. Praesta, quae promisisti! 2. Qui patrem meum interfecerunt, eos in exilium expuli.⁴ 3. Sed redeat, unde aberravit, oratio! 4. Omnes, qui aderant, auxilium a Caesare petere coeperunt. 5. Germani, qui cis Rhenum incolunt, sese cum Belgis coniunxerunt. 6. Caesar Senonibus negotium dat, uti ea, quae apud Belgas gerantur, cognoscant.⁵ 7. Britanni obsides daturos quaeque imperasset⁶, sese facturos polliciti sunt. 8. Caesar pontem, qui erat ad Genavam, rescindi iussit. 9. Ariovistus Caesari respondit: ius esse belli, ut, qui vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. 10. Sors eorum, qui defecerant, non minus tristis fuit quam eorum, qui ceciderant. 11. Caesar ad Rubi-

¹) Diōdorus Melitēnsis (= aus Malta) war von Verres geschädigt worden: Cic., Verr. 2, 4, 18 — ²) Cic., Flacc. 62 — ³) sagt Adherbal über seinen von Jugurtha ermordeten Bruder Hiempsal: Sallust, Jug. 14, 22 — ⁴) Augustus, Mon. Anc. — ⁵) b. G. 2, 2, 3 — ⁶) sc. Caesar

conem venit, qui fluvius provinciae finis erat. 12. Solo fuit in numero septem qui dicuntur sapientium (*oder* septem quos vocant sapientium). 13. Collis ad flumen Sabim, quod supra nominavimus, vergebat.¹ 14. Cicero in eo libro, qui Laelius inscribitur, de amicitia disseruit. 15. Mota sunt castra, quae res Romanis auxit animos.

16. Aufgabe:

- a) *Verwende zur Verkürzung der vorstehenden Rel.-Sätze folgende Wendungen:*
deine Versprechungen; Mörder meines Vaters; Thema; die Anwesenden; die Germanen diesseits des Rheins (die linksrheinischen G.); die Vorgänge; seine Befehle; Brücke bei Genf; Sieger — Besiegte; nach Belieben; Abtrünnige — Gefallene; Grenzfluß; sogenannt; obenerwähnt; in seinem (!) Buch „Laelius“ oder nur: „in seinem Laelius“; Ereignis (vgl. Kap. 107).
- b) *Welche Möglichkeiten verkürzender Übersetzung treten dabei zutage? Gruppenweise Zusammenstellung!*
- c) *Suche aus Kap. 99 Relativsätze aus, die man besser verkürzt wiedergibt (z. B. Satz 3 mit „Nebenfluß“!)*

Der indikativische Relativsatz

LL § 208; RH § 241

- 113 1. Quidquid conaris: cogites, quo pervenias! 2. Tyrii, mare non vicinum modo, sed quodcumque classes eorum adierunt, dicionis suae fecerunt. 3. Fiet, quodcumque volueris. 4. Virtutem qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligitur. 5. Vercingetorix, quoscumque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit. 6. Quocumque terrarum nos conferemus, in deorum erimus tutela. 7. Facultas dicendi, quantacumque in te est, numquam amicorum periculis desit! 8. Hospes, undecumque veniet, gratus nobis veniet.

9. Sincerum est nisi vās, quodcúmque infúndis, acéscit.

10. Quidquid erit, superánda omnis fortúna feréndo est.

11. Quisquis es, ássiduás aufuge blánditiás!

12. Aufgabe:

- a) *Stelle mit Hilfe von Grammatik und Wörterbuch alle verallgemeinernden Pronomina und Pronominaladverbien zusammen (1. mit Verdoppelung, 2. mit -cumque)! — Was heißt:*

¹) Caes., b. G. 2, 18, 1

quotcumque, quodcumque, quaecumque, quacumque, quodque, quoddam, quisquam, quisque, quantuscumque, 'quantuluscumque'?

b) *In welchen Fällen ist im vorstehenden Kap. ein Demonstrativum ergänzbar (vgl. Kap. 101b)?*

1. Hannibal wurde vom Haß der Römer verfolgt (= bedrängt), mochte er fliehen, wohin er wollte. 2. Jeder, der nach der Alleinherrschaft zu streben schien, war den Griechen verhaßt, und seine Verdienste um den Staat, wie groß sie auch sein mochten, wurden für nichts geachtet. 3. Cäsar, so heißt es, wußte die Namen aller Soldaten auswendig, so viele er auch bei (= mit) sich haben mochte. 4. Alles, was Schaden bringt, belehrt. 5. Alle Tiere mit¹ langen Beinen haben auch lange Häuse. 6. Überall, wo Alcibiades zu glänzen wünschte, gelang es ihm in kurzer Zeit. 7. Wohin du auch blicken magst, Gastfreund, alles ist mir untertänig (= gehorcht mir). 8. Überall, wohin Cicero bei seinem Besuche in der Provinz Sizilien kam, hörte er von den Übeltaten des Prätors Verres. 9. Wie auch immer die Sache sich verhalten mag, die Römer konnten (das verbündete) Sagunt nicht im Stiche lassen. 10. Jeder widme sich dem Fache, für das er durch seine Naturanlage geeignet erscheint (= für welche Kunst ein jeder...)!

Konjunktivische Relativsätze: a) Rel.-Sätze mit finalem Sinn

LL § 209, 2; RH § 242, 1 (ohne Zusatz)

1. Helvetii legatos mittunt, qui dicerent sibi esse in animo iter per provinciam facere. 2. Multi aliis eripiunt, quod aliis largiantur. 3. Lysander decem delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperium committeret. 4. Galli sarmenta virgultaque colligunt, quibus fossas Romanorum compleant. 5. Dareus pontem fecit in Histro flumine, quo copias traduceret. 6. Di immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, his diuturniorem impunitatem concedere consuerunt. 7. Multi Romani filios mittebant Athenas, ubi scholas frequentarent dicendique facultates perficerent. 8. Artaxerxes Themistocli Magnesiam donarat, his quidem verbis, quae ei panem praeberet — ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant — Lampasacum autem, unde vinum sumeret, Myunta², ex qua obsonium

¹) Rel.-Satz — ²) Myüs, untis, acc. -unta, Stadt des jonischen Bundes in Karien am Mäander

haberet. 9. Vade ad formicam, o piger! Quae cum non habeat ducem nec praeceptorem nec principem, parat in aestate cibum sibi et congregat in messe, quod comedat.¹

10. a) *Gehört quo in Satz 5 und 6 zur gleichen Wortart?*

b) *Welche Sätze bestätigen das in Kap. 111 Gelernte?*

- 116 1. Juno schickte zwei Schlangen, die den kleinen Herakles töten sollten. 2. Die Natur hat dem Menschen die Vernunft gegeben, damit durch sie die Begierden der Seele gelenkt würden. 3. Die Raubvögel horsten auf den höchsten Bergen, um von dort weit umhersehen zu können. 4. Die Elche, erzählt Cäsar, lehnen sich an die Bäume an, um dort auszuruhen. 5. Die Ephoren zertrümmerten das Dach des² Tempels, in den sich Pausanias geflüchtet hatte, damit er um so schneller umkomme. 6. Seine schwache³ Stimme hinderte⁴ Isokrates, öffentlich zu sprechen.

7. *Aufgabe: In welchem Satz ist statt des deutschen Rel.-Pron. im Lateinischen ein Adverb möglich?*

b) Rel.-Sätze mit konsekutivem Sinn

LL § 209, 3 mit Zus. a u. d; RH § 242, 2 u. Zus. 2

- 117 1. Num et tu is es, qui in disputando non tuum iudicium sequere, sed auctoritati aliorum pareas? 2. Cave utare iis verbis, quibus quis possit laedi! 3. Innocentia est affectio talis animi, quae noceat nemini. 4. Nulla acies humani ingenii tanta est, quae penetrare in caelum possit. 5. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. 6. Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.⁵ 7. Helvetiis unum iter erat angustum et difficile, vix qua singuli carri ducerentur. 8. Quae domus tam stabilis est, quae tam firma civitas, quae non odiis et discidiis funditus possit everti? 9. Quis est, quin omnia interire sciat? 10. Nulla fere erat gens, quin Romanis succumberet. 11. Nihil est, quin male narrando possit depravari. 12. Qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. 13. Nemo invenitur, quem non attingat dolor morbusque. 14. Alexander nullam gentem adiit, quam non subegerit (*ohne zu . . .*). 15. Habet populus Romanus, ad quos gubernacula rei publicae deferat. 16. Sunt, qui deum esse negent.

¹) liber proverbiorum — ²) Pronomen — ³) Substantiv — ⁴) welche Konstruktion nach impedire kann als relatio bezeichnet werden? — ⁵) John Locke

17. Apud Athenienses non deerant, qui rem publicam contra plebis temeritatem defenderent. 18. Quotus quisque est, cui sapientia omnibus omnium divitiis praeponenda videatur!

19. Vix erit in mundo, qui tandem dicat: 'Abundo'.

20. Quod dare non possis, noli promittere verbis.

21. Maior sum, quam cui possit fortuna nocere.¹

22. *Übersetze*: Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet. — *Wie wäre der Konjunktiv contineat wiederzugeben?*

23. *Beachte*:

Nemo vestrum tam ignavus est, { ut patriam non defendat.
qui patriam non defendat.
quin patriam defendat.

c) dignus, qui; non est, quod

LL § 209, 3 Zus. b u. c; RH § 242, 1 Zus. u. 2 Zus. 1; *rdh.* LL § 191 a Zus.;
RH § 233 a *Anm.*

1. Augustus idoneus esse videbatur, qui rem publicam diu 118
vexatam administraret. 2. Qui modeste paret, videtur dignus
esse, qui aliquando imperet. 3. Qui virtutem non colit, non est
aptus, quem in amicitiam recipias. 4. L. Vibullium Rufum pro
suis beneficiis Caesar idoneum iudicavit, quem cum mandatis
ad Cn. Pompeium mitteret, eundemque apud Cn. Pompeium
auctoritatem habere intellegebat.² 5. Dignus non sum, cuius
domum intres. 6. Catonem induxi senem disputantem, quia
nulla videbatur aptior persona, quae de senectute loqueretur.
7. Non est, quod (= cur) miseremini. 8. Quid est, quod tanto
opere te commoveat tuus dolor intestinus? 9. Non est, quod
invidias istis, quos magnos felicesque populus vocat.

Lerne unterscheiden: 10. Nihil habebam (*oder* nihil erat),
quod scriberem. 11. Nihil habebam novi, quod scriberem.
12. Non habeo, quid scribam. 13. Hostes non habebant, quo
se reciperent. 14. Quem fugiam, habeo; quem sequar, non
habeo. 15. Nulla causa est, quin ambuletis.

16. Dignus Róma locús, quó deus ómnis eát.

17. Quí iacet in terrá, nón habet, unde cadát.

18. Túm bene fórtis equús reseráto cárcere cúrrit,
cúm, quos praétereát quósque sequátur, habét.

¹) *Worte der hochmütigen Niobe* — ²) *Caes.*, b. c. 3, 10, 2

- 119 1. „Ich bin nicht der Mann,“ sprach Ämilius Paullus, „der glaubt, Feldherren dürfe man nicht zurechtweisen: im Gegenteil, ich halte einen, der alles nur nach seinem Kopfe (= Willen) ausführt, mehr für stolz als weise.“ 2. Kein Volk ist so wild, daß es nicht einige Kenntnis von Gott hätte. 3. Wo gibt es jemanden, der ohne wichtige Gründe sein Vaterland verliesse? 4. Manche Philosophen lehrten, daß die Götter für die menschlichen Dinge keine Fürsorge hegten; es gab aber auch solche, die der Ansicht waren, die ganze Welt werde durch die Vernunft eines höheren Wesens gelenkt. 5. Aristides hinterließ kaum soviel⁰, daß (= woher) er bestattet werden konnte. 6. Du hast keinen Grund zur Eile¹. 7. Wenige Gegenden der Erde sind so unfruchtbar, daß in ihnen weder Menschen noch Tiere leben können. 8. Nicht alle Gemälde verdienen Anerkennung¹. 9. Wer niemandem traut, ist unwürdig des Vertrauens¹ anderer. 10. Ältliche Schläuche taugen nicht für neuen Wein (= sind nicht geeignet, frischen Wein zu fassen). 11. Man konnte niemanden finden, der vom Kaiser Vespasian unschuldig² gestraft worden wäre. 12. Es gibt wohl niemanden, der nicht (3) zugeben wollte, daß das Glück gewissermaßen blind sei.

15. *Konjugiere im Ind. Präs. (auch deutsch):* Ego non is sum, qui ulla difficultate terrear. *Durch welche Wörter könnte is ersetzt werden?* 14. *Gib aus Kap. 117 diejenigen Relativsätze an, in denen auch quin stehen könnte!*

d) Rel.-Sätze mit kausalem Sinn

LL § 209, 4; RH § 242, 3

- 120 1. Caninius fuit mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. 2. Me infelicem, qui per tot annos patriam non viderim! 3. Clade a Romanis accepta Catuvolcus, rex dimidiae partis Eburonum, qui una cum Ambiorige deficiendi consilium inierat, omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset, taxo se exanimavit. 4. Solis candor illustrior est quam ullius ignis, quippe qui in immenso mundo tam longe lateque coluceat. 5. Plato a Dionysio tyranno crudeliter violatus est, quippe quem venumdari iussisset. 6. Consul, utpote qui (oder ut qui) iam ad hostes perventum esse cerneret, agmine quadrato procedebat.³ 7. Non desunt, qui magistratuum edictis haud inviti oboediant, praesertim qui intellegant, quam necessariae leges sint.

⁰) Verbum — ¹) Adj. — ²) Liv. 38, 18, 7

e) Rel.-Sätze mit konzessivem, adversativem und einschränkendem Sinn

LL § 209, 4 u. 5; RH § 242, 2 Zus. 3 u. Ziff. 3

1. Romani milites, qui cum Ariovisti copiis proelio congregati 121
veriti essent, mira pugnandi cupiditate flagrabant, postquam
apud eos Caesar contionatus est. 2. Q. Tullius Cicero, qui omnes
superiores dies milites in castris continuisset ac ne calonem
quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset, septimo
die quinque cohortes frumentatum in proximas segetes misit.
3. Permirus mihi videtur quemquam exstare, qui etiam nunc
credat Chaldaeis¹, quorum praedicta cottidie videas re et eventis
refelli.

4. Nemo, qui quidem causas rerum humanarum perspiciat,
mundum a deo creatum esse neget. 5. Refertae sunt Catonis
orationes amplius CL, quas quidem aut invenerim aut legerim,
et verbis et rebus illustribus. 6. Epicurus se unus, quod sciam,
sapientem profiteri ausus est. 7. Causam tuam, quod salva
fide possim, defendere cupio.

1. Memnon schlug einen seiner Söldner, der über Alexander 122
lästerte, mit der Lanze und fuhr ihn an: „Ich habe dich an-
geworben, damit du gegen Alexander kämpfst, aber nicht, damit
du von ihm übel redest.“ 2. Den Römern, kriegerisch wie sie
waren², gelang es, fast den ganzen Erdkreis zu unterjochen.
3. Nach der Schlacht an der Allia war eine große Anzahl Römer
nach Veji geflohen, da sie dort sicherer zu sein glaubten als in
Rom. 4. „Sprecht den Verres nur⁰ frei“, rief Cicero aus, „ob-
gleich er eingesteht, auf Sizilien die größten Ungerechtigkeiten
begangen zu haben!“ 5. Pytheas von Massilia war, soviel wir
wissen, der erste, der im nördlichen Ozean bis zu der Insel
Thule gelangte. 6. Arminius konnte lateinisch sprechen, da er
ja im römischen Lager Kriegsdienste geleistet hatte. 7. Die
Römer, die doch selbst ihr Wort oft genug gebrochen hatten,
sprachen immer von der Treulosigkeit der Punier.

f) Modusangleichung in Relativsätzen³

LL § 183, 2c; RH § 227 Zus. 1

a) 1. Sunt, qui quidvis perpetiantur, dum, quod velint, con- 123
sequantur. 2. Avari plus semper appetunt nec eorum quis-
quam adhuc inventus est, cui, quod haberet, esset satis.

¹) Chaldäer (in Südbabylonien), Astrologen — ²) Rel.-Satz — ³) Modus-
assimilation findet sich in allen sonst ind. Nebensätzen; Beispiel: Kap. 79, 8

5. Hortensius tanta memoria erat, ut, quae secum commentatus esset, ea sine scripto verbis iisdem redderet, quibus cogitavisset. 4. Et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio et earum, quibus egeremus, invectio nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. 5. Mercatoribus est aditus¹ magis eo, ut quae bello ceperint, quibus vendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. 6. Tempus est huius modi, ut, ubi quisque sit, ibi esse minime velit.²
- b) 7. Boni regis est eorum, quibus praesit, utilitati inservire. 8. Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam iuvare. 9. Necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi. 10. Deligere oportet, quem velis diligere.
11. Né pudeát, quae néscierís, te vélle docéri.

Cimón quanta fuerit liberalitate³

Wiederhole LL § 212; RH § 223, 1 Anm. 3 u. § 244

- 124 Cimon, Miltiadis filius, post variam fortunam in oppugnando oppido Citio⁴ mortuus est. Hunc Athenienses non solum in bello, sed etiam in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, ut numquam in praediis suis custodem imposuerit, qui fructus servaret; nam is non erat, qui quemquam impediret, quominus iis rebus, quibus quisque vellet, fruere. Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut, si cui auxilio eius opus esset, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe, cum aliquem obvenerentem fortuito videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Cottidie sic cena ei coquebatur, ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullo die praetermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit; multos locupletavit; complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquissent, suo sumptu extulit. Unde minime est mirandum, quod et vita eius fuit secunda et mors acerba.

*Wo finden sich im vorliegenden Kap. Beispiele für Modus-
angleichung?*

Hasdrubals Tod

- 125 *Überlege bei jedem neuen Satz, ob nicht ein 'rel. Anschluß
möglich ist!*

Nach der mörderischen (= sehr heftigen) Schlacht bei Kannä fürchteten die Römer, daß Hannibal auf Rom selbst losgehe.

¹) Zugang zu den Germanen; b. G. 4, 2 — ²) Cicero! — ³) nach Nepos, Cimon — ⁴) Citium Stadt auf Zypern

Dieser jedoch zog, nachdem er sehr viele Bundesgenossen den Römern abspenstig gemacht hatte, nach Kapua und legte dort sein Heer in die Winterquartiere. Hier aber wurde Geist und Körper der Soldaten, die¹ an allen Reichtümern Überfluß hatten, so verweichlicht, daß Kapua für Hannibal zu einem Kannä wurde. So kam es, daß Hannibal nach der Wiedererneuerung² des Krieges in mehreren Treffen unterlag. Durch nichts aber wurde er schwerer getroffen (= bewegt) als durch die Niederlage seines Bruders Hasdrubal, der, wie der Geschichtsschreiber Livius berichtet, sein Heer aus Spanien über die Alpen geführt hat, um³ seinem Bruder zu Hilfe zu kommen. Sobald der Konsul C. Klaudius Nero von der Ankunft⁴ Hasdrubals erfahren hatte, zog er ihm ohne Wissen Hannibals entgegen und vernichtete am Metaurus das Heer mitsamt seinem Führer. Hierauf kehrte er mit der gleichen Schnelligkeit um (= zurück) und warf Hasdrubals Haupt in das feindliche Lager. Als Hannibal es sah, rief er aus: „Nun⁰ kenne ich das Schicksal Karthagos!“

Verschränkung des Relativsatzes mit *AcI* oder *NcI*

LL § 211 b; RH § 245, 1

1. Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo, 126
quod quis post mortem suam fieri voluit. 2. Alexander adiit Iovem, quem generis sui auctorem aut credebat esse aut credi volebat. 3. Apollonius⁵, cum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere. 4. Nemo facere dubitat, quod se bene didicisse confidit. 5. Caesar litteris Labieni certior fiebat omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, contra populum Romanum coniurare. 6. Severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult, non potest. 7. Cicero, quo neminem tum patriae amantiorem fuisse putamus, ab Antonio proscriptus est. 8. Labienus veritus, ne, si ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti victoria efferri sciret, litteras Caesari remittit, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset.⁶ 9. Datames⁷ eo profectus est, ubi insidias sibi paratum iri compererat. 10. Omnia, quae nunc vetustissima esse creduntur, nova fuere.

¹) kausal — ²) *Verbum* — ³) *causā* — ⁴) *auch Verbum* — ⁵) *von Rhodus: bei ihm hörten auch Cicero und Cäsar* — ⁶) *Caes., b. G. 5, 47, 4* — ⁷) *vgl. Kap. 9*

- 127 1. Berühmt ist unter den Philosophen jener Anaxagoras, der, wie die Alten sagen, niemals in seinem Leben gelacht hat. 2. Sokrates, der bekanntlich vom Orakel zu Delphi für den weisesten aller Menschen erklärt worden war, wurde von den törichten (!) Athenern zum Tode verurteilt. 3. Der innere Teil Britanniens wird von Menschen (= von diesen) bewohnt, von denen man sagt, daß sie auf der Insel selbst geboren sind. 4. Demosthenes, wahrscheinlich der größte Redner des Altertums, kämpfte unermüdlich¹ für die Freiheit seiner Vaterstadt.

**Verschränkung des Relativsatzes mit anderem Nebensatz
(oder mit Partizip)**

LL § 211 a; RH § 245, 2 u. 3

- 128 1. Non is sum, quem qui lacesierit, diu impunitus sit. 2. Qualia ista bona sunt, quae qui habeat miserrimus esse possit? 3. Memini Catonis, a quo cum quaeretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: „Bene pascere“. 4. Permulta sunt, quae orator nisi a natura habet, non multum a magistro adiuvatur. 5. Sunt quaedam mala, quae nemo est, quin effugere cupiat. 6. Quis non admiretur Leonidam, cuius etsi interitus certissimus erat, tamen in statione permansit? 7. In mentem mihi venit Catonis, quem cum multi odissent, tamen adversariorum minas non pertimuit. 8. In hortos me Flacci contuli, cui cum omnis metus, exilium, mors proponeretur, haec omnia perpeti maluit quam custodiam mei capitis dimittere.² 9. Providentia divina multa mala nobis imponuntur, quae quare patiamur numquam intellegemus. 10. Alcibiades ut gratiam iniret a Lacedaemoniis, studebat excellere simplicibus moribus et fortitudine, quas virtutes quanti facerent illi probe sciebat. 11. Grave conscientiae pondus est, qua sublata (= quae ubi sublata est) iacent omnia. 12. Non sunt ea bona habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum (= quibus qui abundat, nonnumquam miserrimus est).

- 129 1. Diogenes, dessen Bedürfnislosigkeit³ bekannt ist, warf zuletzt seinen hölzernen Becher weg und trank aus (= mit) der Hand. 2. Alcibiades, dessen große Fähigkeiten außer Zweifel stehen⁴, machte von ihnen nicht immer einen guten Gebrauch. 3. Der Kaiser Hadrian, von dessen großer Friedensliebe⁵ uns⁰ die Geschichte berichtet, wünschte keine Vergrößerung¹ seines

¹) *Verbum* — ²) *Cicero auf dem Weg in die Verbannung* — ³) *verwende*
a) *AcI* b) *indirekten Fragesatz!* — ⁴) *dubium non est* — ⁵) *indir. Frage*

Reiches. 4. Gegen Themistokles, durch dessen Klugheit ohne Zweifel¹ Griechenland gerettet worden ist, hat sich Athen² sehr undankbar gezeigt. 5. Wir bewundern Alexander den Großen, der, hätte ihn das Schicksal länger am Leben gelassen, den ganzen Erdkreis unterworfen hätte. 6. Ich will München zu einer Stadt machen, die man gesehen haben muß, wenn man Deutschland gesehen haben will.³ 7. Die Ehre ist ein (!) Gut, dessen Verlust⁴ wir niemals zu fürchten brauchen, solange wir gerecht leben.

Cäsar als Heerführer

Wenn Cäsar von Napoleon für würdig erklärt wird, unter 130 die bedeutendsten Heerführer des Altertums (= die das Altertum hervorgebracht hat) gerechnet zu werden, so dürfte sich wohl niemand finden, der diesem Urteil (= Meinung) nicht beistimmt, wenn anders er erwägt, wie große Schwierigkeiten der Römer (= jener) überwinden mußte. Es ist geradezu erstaunlich, mit welch geringen Streitkräften er ein (!) Land unterwarf, das viel größer war als ganz Italien. Obgleich die gallischen Stämme gewöhnlich unter sich uneins waren und Cäsar nichts unterließ, sie voneinander zu trennen, so geschah es doch bisweilen, daß sie ihre inneren Zwistigkeiten vergaßen und sich mit gemeinsamen Kräften gegen ihn wandten. Dazu kam, daß auch die Germanen und Britannier bekriegt werden mußten, von denen ja⁰ die Gallier Hilfe erwarten konnten⁰. Dennoch wären so bedeutende Erfolge unmöglich gewesen, hätte Cäsar sich nicht auf ein treu ergebendes⁰ Heer stützen können. Selten hatte der Feldherr Grund, seine Soldaten zu tadeln, von denen er wußte, wie sehr sie ihm zugetan (= ergeben) waren.

Fragesätze

Wiederhole LL § 180 u. § 191—192; RH § 221—222 u. § 232—233

1. Erant in ea legione⁵ fortissimi viri centuriones, qui iam 131 primis ordinibus appropinquant, Titus Pullo et Lucius Vorenus. Hi perpetuas inter se controversias habebant, uter alteri anteferretur. Ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur: 'Quid dubitas', inquit, 'Vorene? Aut quem locum probandae virtutis tuae exspectas? Hic dies de nostris controversiis iudicabit.' 2. Necessè est nobis⁰ cum Arvernīs nosmet coniungere. An dubitamus, quin Romani iam ad nos interficiendos

¹) dubium nōn est — ²) vgl. LL § 215, 1; RH § 185, 2 — ³) Ludwīg I. — ⁴) Verbum — ⁵) in der Legion des Legaten Cicero: b. G. 5, 44 — ⁶) = die Häduer: b. G. 7, 38, 7

concurrant? 3. Matres familiae Germanorum sortibus declarabant, utrum proelium committi ex usu esset necne. 4. In lugurtha tantus dolus erat, ut, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

5. Helvetii saepius, si erumpere possent, conati sunt. 6. Caesar Lucium Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit.¹ 7. Alexander haud scio an totius orbis terrarum occupaturus fuerit imperium, nisi praematura morte esset extinctus. 8. Patientia in laboribus mirum quantum potest. 9. Sales in dicendo nimium quantum valent. 10. Boni nescio quomodo tardiores sunt.

11. Stulti mirantur, sapientes unde regantur.

12. Quid de quoque viro et cui dicas, saepe videto!

13. Attendit sapiens, quid quomodo quando loquatur, profert insipiens subito, quidquid meditatur.

14. *Lerne unterscheiden:*

a) Dubito, sitne hoc verum.

b) Dubium non est (non dubito), quin hoc verum sit.

c) Dubito, an socii suo tempore venturi sint.

d) Dubium est (dubito), an socii suo tempore non veniant.

15. *Was bedeutet num, wenn es a) eine Hauptsatzfrage, b) eine Nebensatzfrage einleitet?*

16. *Stelle nach der Grammatik die verschiedenen Übersetzungsmöglichkeiten von „ob“ und „ob nicht“ zusammen!*

Vermischte Beispiele; Unterscheidung von Rel.-Sätzen

132 1. Xanthippe weinte, weil ihr Mann unschuldig² sterben müsse. Da fragte sie Sokrates: „Wäre es dir vielleicht³ lieber, wenn ich als Schuldiger sterben müßte?“ 2. Antisthenes antwortete⁰ auf die Frage, was für einen Nutzen er aus der Philosophie ziehe: „Daß ich mich mit mir selbst unterhalten kann.“ 3. Den Philosophen Xenokrates fragte einst irgendjemand⁴, was seine Schüler eigentlich bei ihm lernten (= von ihm gelehrt würden); da erwiderte⁰ er: „Sie lernen das aus freien Stücken tun, wozu andere durch die Gesetze gezwungen werden müssen⁰.“

4. Zu seinem Sohn, der ihn vor versammelter Mannschaft fragte, wann er das Zeichen zur Schlacht geben werde, sagte Antigonus: „Fürdistest du etwa, daß du allein die Trompete nicht hören könntest⁰?“

¹) b. G. 6, 29, 4 — ²) Adj. — ³) Adv. — ⁴) vgl. im deutsch-lat. Wörterverzeichnis die Übersetzungsmöglichkeiten des Pron. 'jemand'

5. Semiramis ließ auf ihr Grabmal folgende Worte setzen: „Welcher König Geld nötig hat, der öffne diese Gruft und hole es sich!“ Dareus wollte sich dies zunutze machen und ließ das Grab öffnen. Aber er fand nur eine zweite Inschrift, auf der zu lesen war: „Du unersättlicher Geizhals, schämst du dich nicht, die Ruhe eines Toten zu stören?“

Freiere Wiedergabe indirekter Fragesätze

LL § 192b; RH § 233 a *Zus.* 3; *vgl. Kap.* 5;

1. Dic, quid de amicitia sentias! 2. Diligenter considerandum 133
est, quid ex quaque re evenire possit. 5. In beneficiis offerendis videndum est, quando et cui et quemadmodum et quare demus. 4. Concedo esse deos; doce me igitur, unde sint, quales sint! 5. Hannibal statim cognovit, quanto in discrimine esset exercitus Romanorum. 6. Nemo reperitur mortalium, qui, quam caducae sint res humanae, non ipse expertus sit. 7. Quanti quisque sit, ponderandum est. 8. Non est, cur (quod) desperemus.¹

Der griechische Schriftsteller Xenophon erzählt den Hergang 134
des Todes des Cyrus in der Schlacht bei Kunaxa. Er schildert auch² die großen Strapazen, die die Griechen nach dem Tode des Cyrus auf sich nehmen mußten. Er forderte seine Landsleute auf, doch⁰ nicht an ihrer Rettung zu verzweifeln. „Schwerlich ist einer so töricht,“ rief er aus, „daß er glaubt, die Perser würden ihn nach Auslieferung der Waffen schonen.“ Wie es ihm³ gelang, die griechischen Söldner mitten im Winter durch Armenien bis an das Schwarze Meer zu führen, werdet ihr vielleicht⁴ im nächsten Jahre in seiner⁵ „Anabasis“ lesen.

AcI in Fragesätzen

*Auch Fragesätze können ähnlich wie die Relativsätze mit 135
einem AcI verflochten werden; im Hauptsatz stehend dient diese Konstruktion der Umschreibung des Potentialis (LL § 178, 2b
Zus. 2; RH § 216, 1b Zus. b) wie schon im Behauptungssatz:*

Credo ego vos miratos esse. *Ihr mögt euch wohl gewundert haben. Clade accepta quo animo milites fuisse arbitraris (arbitramini)? Wie mochte wohl den Soldaten nach ihrer Niederlage zumute gewesen sein?*

¹) was heißt aber: Nōn est, ut dēspērēmus? (*vgl. Kap.* 95, 14) — ²) *Pron.* — ³) *Rel.* — ⁴) *Verbum* — ⁵) *übersetze nach Kap.* 112, 14!

a) *Hauptsatzfragen:*

1. Quem censetis animum illorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est? 2. Quem nostrum ignorare arbitraris, Catilina, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis? 3. Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui, dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? 4. Quo cruciatu animi putatis Caesarem vitam acturum fuisse, si divinasset fore, ut aliquando ante Pompei simulacrum trucidatus iaceret? 5. Quo tandem gaudio affici necesse est sapientis animum, cum totius mundi motus conversionesque perspexerit sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia?

b) *Nebensatzfragen:*

6. Populus rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit. 7. Legatis convocatis dux, quae fieri vellet, ostendit. 8. Producentur ii, quos Litaviccus edocuerat, quae dici vellet, atque eadem, quae Litaviccus pronuntiaverat, multitudini exponunt.¹ 9. Caesar milites signum proelii exposcentes² edocet, quanto detrimento et quot virorum fortium morte necesse sit constare victoriam.

Coriolani in patriam ira quomodo victa sit³

136 *Cn. Marcius Coriolanus, wegen seines Gegensatzes zu den Volkstribunen aus Rom verbannt, war mit einem volskischen Heere gegen seine Vaterstadt gezogen; in höchster Not baten die römischen Matronen die Mutter und Gattin des Feldherrn, an der Spitze einer Bittgesandtschaft der Frauen ins feindliche Lager zu gehen.*

Tum matronae ad Veturiam, matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Pervicere, ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia duos parvos ex Marcio ferens filios secum in castra hostium irent, et, quoniam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent.

Ubi ad castra ventum nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, primo obstinatissimum adversus lacrimas mulierum se praebuit. Dein familiarium quidam, qui insignem maestitia inter ceteras cognoverat Veturiam inter nurum nepotesque stantem: 'Nisi me frustrantur', inquit, 'oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt.' Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede matri obviae complexum ferebat; at illa:

¹) b. G. 7, 38, 4 — ²) zum Angriff gegen Vercingetorix: b. G. 7, 19, 4 — ³) nach Livius 2, 40

'Sine, priusquam complexum accipis, sciam,' inquit, 'ad hostem an ad filium venerim, captiva materne in castris tuis sim. In eam condicionem me longa vita et infelix senectus traxit, ut exsulem te, deinde hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit et aluit? Non tibi, quamvis infesto animo et minaci pervenisses, ingredienti fines patriae ira cecidit? Non, cum in conspectu Roma fuit, tibi in mentem venit: intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater, coniunx liberique? Ergo nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem.' Uxor deinde ac liberi amplexi fregere tandem virum. Complexus inde suos dimittit; ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano invidia rei oppressum perisse tradunt alii alio leto.

Wiederholungsstücke

Übungen zu sämtlichen Bedeutungen von *nē* und *ne*

Vgl. LL Register I, s. *vv.*, RH Wortverzeichnis s. *vv.*

1. Romani Hannibali: 'Ne transieris Hiberum¹ flumen, ne quid 137 rei tibi sit cum Saguntinis; nusquam te vestigio moveris!'. 2. Idne alteri crimini dabis, quod eodem tempore tu ipse fecisti? 3. Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito! 4. Cave, ne cadas! Vereor, ne cadas. 5. Cura, ne in morbum incidas! 6. Ne expectemus, dum ab amicis ope nostra indigentibus rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit! 7. Ne vivam (ne sim salvus), si aliter dico ac sentio! 8. Ne sint in senectute vires, ne postulantur quidem vires a senectute. 9. Ne vana urbis magnitudo esset, asylum aperit Romulus. 10. Intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum, deploro.² 11. Impedior dolore, ne plura dicam. 12. Hoc te rogo, ne defatigare neu diffidas. 13. Id specta, ne ulla careas scientia neu usquam imperitia tua ludibrio sit! 14. Timeo, ne nemo nos adiuvet. 15. Vereor, ne nihil valetudini meae prosit. 16. Ne musca quidem. 17. Fac, ne quid omittas! 18. Quidquamne bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit? 19. In fabula multum interest, deusne loquatur an mortalis. 20. Epaminondas vulneratus quaesivit, salvusne esset clipeus suus.

21. Né te paéniteát durós subiísse³ labóres!

22. Né rue pór mediós nimiúm temerárius hóstes!

¹) Hiberus der Ebro — ²) Cic., off. 2, 67 — ³) *warum nicht kontrahiert?*

Alle Bedeutungen von quin

Wiederhole: LL § 192a, § 194c, § 195 Zus. 2, § 209 3d; RH § 224a, § 239

- 138 1. Quin conscendimus equos? 2. Credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus.¹ 3. Nemo fere est, quin acutius vitia in altero quam in se ipso videat. 4. Numquam tam male est Siculis, quin aliquid facete dicant. 5. Nullum fere totius hiemis² tempus intercessit, quin Caesar aliquem de consiliis ac motu Gallorum nuntium acciperet. 6. Ego, inquit Cicero, nihil praetermisi, quantum facere potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. 7. Num quis dubitat, quin fuerint ante Homerum poetae? 8. Iusiurandum, inquit Hannibal, patri datum ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. 9. Non abest suspicio, quin Orgetorix ipse sibi mortem consciverit. 10. Helvetios, homines feros, sibi non temperaturos Caesar existimabat, quin in provinciam exirent. 11. Germani non recusant, quin, si lacessuntur, armis contendant. 12. Non multum a fuit, quin a Bructero quodam occideretur Tiberius.³ 13. Fieri non potest, quin abeam. 14. Ego me ducem in civili bello negavi, non quin rectum esset, sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.⁴
15. Tām mala rés nulla ést, quin sít, quod prósit in illa.
16. Aufgabe: a) *Wie kann es in den Sätzen 3, 4, 5, 13, 14, außer quin noch heißen?*
 b) *In welchen Sätzen ist quin mit bloßem Infinitiv, in welchen mit „ohne zu“ wiederzugeben?*

Mehrdeutigkeit der Wortform quo

Wiederhole zugleich LL § 60; RH § 62

- 139 1. Morini cum propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent, quo per fugio superiore anno fuerant usi, omnes fere in potestatem Labieni pervenerunt.⁵ 2. Potest quicquam esse absurdus quam, quo minus viae restat, eo plus viatici quaerere?⁶ 3. Diogenes diu poculum ligneum secum ferebat, quo aquam sibi e fonte hauriret. 4. Utinam illum diem videam, quo libertas nobis restituatur! 5. Hannibal collem quendam inter utraque castra situm occupavit, non quo eum a se teneri multum ipsius interesset, sed quo facilius manus cum hostibus conserendi potestatem faceret. 6. Themistocles, quo tempore

¹) sagt Cicero — ²) im Winter des Jahres 54/5: b. G. 5, 53, 5 — ³) Sueton, Tib. 19; Bructerus ein Brukterer (die Brukterer waren ein germ. Stamm zwischen Ems u. Lippe) — ⁴) Cic., Att. 7, 26, 2 — ⁵) b. G. 4, 38, 2 — ⁶) Cic., sen. 66

Persas apud Salaminem vicit, non putabat aliquando se supplicem ad regem eorum esse venturum. 7. Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, res publica sublata est. 8. Ita dico: ex quo natus sis, duceris ad mortem. 9. L. Catilinam egredi ex urbe iussi, ut, a quo legibus non poteramus, moenibus tuti esse possemus.¹ 10. Maxime Epaminondae eloquentia eluxit Spartaë, quo legatus erat missus ante pugnam Leutricam. Quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit. Quo factum est, ut auxilio Lacedaemonii sociorum privarentur. 11. Pausanias in suspicionem cecidit Lacedaemoniorum. Quo facto domum revocatus, accusatus capitis absolvitur. 12. Id (*nur das*) est cuiusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur. 13. Virtus praeceptoris est, quo quemque natura ferat, intellegere. 14. Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.

15. Quó deus ét quo dúra vocát fortúna, sequámur!

16. *Aufgabe: Prüfe bei jedem Satz, ob quo nicht durch ein anderes Wort ersetzt werden könnte!*

Verschiedene Bedeutungen des Wortes quod

1. Praeclare deus hominibus consuluit, quod eos res futuras 140 celavit. 2. Servus piger dominum interrogat: 'Quid me verberas? Nihil feci.' At ille: 'Propter hoc ipsum te verbero, quod nihil fecisti.' 3. Homines stulti queruntur, quod non magnitudine elephantos adaequemus, quod canes nos sagacitate narium vincant. Quin etiam naturae crimini dant, quod infra deos sumus. 4. Quibus de causis dux impelli potest, ut militibus suis praecipiat, ne quod omnino telum in hostes reiciant? 5. Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem Trasumenumque lacum, igni ferroque pervastat, quo magis acuat iram hosti.² 6. Perses quidam Romae versatus illam urbem despexit, non quod magnificentiam eius non videret, sed quod animadvertibat illic homines perinde mori ac in terra Persarum. 7. Cicero exsul ad Terentiam uxorem: 'Quod me hortaris, ut spem habeam recuperandae salutis, id velim sit eiusmodi, ut recte sperare possimus.' 8. Servulus iste, quem Diogenes unum habebat, aufugerat. Quod ubi philosophus comperit: 'Non est,' inquit, 'quod eum persequar. Nam perbene mihi accidit, quod sine servo vivere possum.' 9. Nihil habeo, quod accusem senectutem. 10. Nihil est, quod non arte curaque, si non potest vinci, mitigetur. 11. Tusculanum et Pompeianum me valde delectant, nisi quod me aere alieno

¹) Cicero—²) Livius 22, 4; Cortóna Stadt in Etrurien nro. vom Trasimenischen See

obruunt.¹ 12. In hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur.²

15. Fraus ést accípere, quód non póssis rédderé.

Maymund, der Unglücksbote*

141 *Das folgende Stück³ bringt eine Probe aus der mittellateinischen Literatur. Beachte dabei eine Reihe von Spracheigentümlichkeiten dieses späteren Lateins:*

- a) quod ersetzt häufig den Acl oder ein ut
- b) dum wird oft verwendet wie cum temporale
- c) oft finden sich „verschobene Zeiten“ (lucratu*s* fui statt lucratu*s* sum); zwischen Imperfekt und Perfekt wird kaum mehr geschieden
- d) das Reflexivpronomen wird auch nichtreflexiv verwendet; ipse und idem stehen oft demonstrativ statt is
- e) die Präpositionen werden häufiger und auch in anderer Bedeutung verwendet als im alten Latein.

Dictum est, quod dominus Maymundi veniebat de foro laetus pro lucro, quia multum lucratus fuerat. Et exivit servus Maymundus contra eundem dominum suum. Quem cum videret, dominus timuit, ne aliquos malos rumores, ut mos suus erat, diceret, et dixit: 'Cave, ne dicas rumores malos!'

Servus: 'Domine, non dicam rumores malos. Sed canis nostra parvula Pipella mortua est.' Cui dominus: 'Quomodo mortua est?' Cui servus: 'Mulus noster exterritus fuit et rupit hamum suum et, dum fugeret, sub pedibus suis canem suffocavit.' Cui dominus: 'Quid actum est de mulo?' Servus: 'In puteum cecidit et mortuus est.' Dominus: 'Quomodo exterritus fuit mulus?' Servus: 'Filius noster cecidit de solario ita, quod mortuus est, et inde exterritus fuit mulus.' Dominus: 'Quid agit genetrix sua?' Servus: 'Prae nimio dolore nati mortua est.' Dominus: 'Quis custodit domum?' Servus: 'Nullus, quoniam in cinerem versa est et quidquid in ea erat.' Dominus: 'Quomodo combusta fuit?' Servus: 'In eadem nocte, qua domina mortua fuit, pedisequa, quae vigilabat pro domina, oblita fuit candelam in thalamo et ita combusta fuit domus tota.' Dominus: 'Pedisequa ubi est?' Servus: 'Ipsa volebat ignem exstinguere et cecidit trabes super caput eius et mortua est.' Dominus: 'Tu vero quomodo evasisti, cum tam piger sis?' Servus: 'Cum viderem pedisequam defunctam, effugi.'

Aufgabe: Forme das Stück um nach den Sprachregeln der klassischen Latinität! Ersetze dabei das Verbum mori teilweise durch treffendere Ausdrücke (Wortschatzarmut des einfachen Mannes)!

¹) sagt Cicero, Att. 2, 1, 11 von seinen Landgütern bei Tusculum und Pompeji—

²) Cicero, de orat. 1, 11, 47 — ³) entnommen dem Mittellateinischen Lesebuch von P. Alpers (L. Klotz, Gotha)

Die Satzbeordnung

Verbindung gleichartiger Sätze und Satzglieder

Das Asyndeton

LL § 181 a; RH § 223

1. Galli omnes lingua, institutis, moribus inter se differunt. 142
2. Boni assidue domini villa abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. 3. Cunctis esto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus aequus! 4. Ambiorix monet, orat Titurium, ut suae ac militum saluti consulat.¹ 5. Litterae adulescentiam alunt, senectutem oblectant², secundas res ornant, adversis perfugium et solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.
6. Omnes te, Antoni, oderunt, dii homines, summi infimi, senes pueri, cives peregrini, viri mulieres, liberi servi. 7. Ea, quae secuta est, hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio M. Crasso consulibus, Usipetes Rhenum transierunt. 8. Tolle lege! 9. Sequere praecepta medici, brevi convalesces! 10. Homines in capris et ovibus parandis adhibent curam, in amicis eligendis neglegentes sunt. 11. Nemo non nostrum peccat: homines sumus, non di. 12. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. 13. Sulla potuit, ego non potero?³
14. Áblue, pécte. caném! Canis ést et pérmanet ídem.
15. Ós, oculús, vultús prodúnt, quod cór gerit íntus.

Beachte: Eine asyndetische Satzreihe, die einen scharfen Gegensatz ausdrückt, wird im Deutschen oft zu einem Satzgefüge; vgl. oben Satz 15: „Dies sollte ich nicht können, während Sulla es fertig brachte?“ (LL § 260, 11; RH § 223, 1 Anm. 1). Auch Beiordnung durch „und“ ist möglich: „Sulla brachte dies zuroege und ich sollte es nicht können?“

Aufgabe: In welchen Sätzen des vorliegenden Übungsstückes ist das Asyndeton anreihend („und“), in welchen adversativ („aber“)?

¹) b. G. 5, 27, 7 — ²) = delectant — ³) sagt Pompejus bei Cic., Att. 9, 10, 2

Kopulative Verbindung: a) einfache KonjunktionenLL § 181 b 1 bis „korrespond. Konj.“; RH § 224 a; *wdh.* § 196 Anm. 2

- 143 1. Caesar et Pompeius et Crassus rerum sunt potiti = Caesar, Pompeius Crassusque rerum sunt potiti. 2. O vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! 3. Plurimum inter Belgas Bellovaci et virtute et auctoritate et hominum numero valebant.¹ 4. Et qui fecerunt, oderunt iniuriam. 5. Nemo regere potest nisi qui et regi. 6. Per se ius est expetendum et colendum; quodsi ius, etiam iustitia. Sic reliquae quoque virtutes per se colendae sunt. 7. Magnus in bello Themistocles fuit neque minor in pace. 8. Omnes in forum concurrerunt neque quisquam domi remansit. 9. Laelium cognovimus virum bonum et non illiteratum. 10. Mortem ne timeamus neve fugiamus! 11. Crede nec dubitaveris! 12. Erant in Torquato plurimae litterae nec eae vulgares. 13. Multi poetas laudant neque intellegunt. 14. Post cladem Cannensem servi atque liberi, nobiles atque ignobiles pari studio stipendia merebant. 15. Ac ne illud quidem vobis neglegendum est, quod Mithridatico bello multorum bona civium Romanorum in periculum vocata sunt. 16. Ex ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur. 17. Flumen Tamesis uno omnino loco pedibus atque hoc aegre transiri potest.

18. *In welchen der vorausgehenden Sätze heißt neque „aber nicht“, atque „und zwar“; wo kann man neque... mit „ohne zu“ wiedergeben?*

Kopulative Verbindung: b) korrespondierende KonjunktionenLL § 181 b 1 (2. Teil); RH § 225; *wdh.* Kap. 48 u. 60

- 144 *Beachte: Der Lateiner hat eine Vorliebe für korrespondierende Konjunktionen, während im Deutschen die einfache Konjunktion bevorzugt wird; vermeide deshalb beim Übersetzen nach Möglichkeit schwerfällige Wendungen wie „sowohl—als auch“ (dafür einfaches „und“: Satz 1), „einerseits nicht — andererseits“ u. ä. Statt „sowohl — als auch insbesondere“ übersetze besser: „und besonders“, „besonders aber“ (Satz 6).*

1. Et facere et pati fortia Romanum est. 2. Regnavit Ancus annos quattuor et viginti, cuilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par. 3. Nemo umquam neque poeta

¹) vgl. Caes., b. G. 2, 4, 5

neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitra-
retur. 4. Neque antea nec postea habuit quisquam tantas copias
quantas Xerxes. 5. Augustus amicitias neque facile admisit et
constantissime retinebat. 6. Hannibal Scipioni: 'Cum tuas vires
tum vim fortunae propone animo!' 7. Modo ais, modo negas
(= tum ais, tum negas; nunc ais, nunc negas; alias ais, alias
negas). 8. Habere quaestui rem publicam non modo turpe est,
sed sceleratum etiam et nefarium. 9. Nemo non modo Romae,
sed ne ullo quidem in angulo totius Italiae oppressus aere alieno
fuit, quem non socium sibi Catilina acciverit. 10. Nervii teneris
arboribus incisus sentibusque interiectis saepes effecerunt, quo
non modo non intrari, sed ne perspicui quidem posset. 11. Mortu-
orum non modo vitae commodis, sed ne vita quidem ipsa quis-
quam caret.¹

12. Ád duo qui tendit, nec² únum nec duo préndit.

Verbindung zweier adjektivischer Attribute, Aneinanderreihung mehrerer Relativsätze

LL § 227, § 243, 1 u. 2; RH § 223, 2 Anm., § 243, 3

1. Graecia multos et magnos tulit oratores. 2. Pompeio tot et 145
tanti honores sunt habiti, quot et quanti antea nemini. 5. Caesar
multis et gravibus vulneribus percussus concidit. 4. Proelium
equestre adversum factum est. 5. Huc (= Vesontionem) Caesar
magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit.

6. Ego is sum, qui semper pacis auctor fui cuique pax
praesertim civilis inprimis fuit optabilis.¹ 7. Iumentis, quibus
maxime Galli utuntur quaeque impenso parant pretio, Germani
non utuntur. 8. Copiose agricultura a Xenophonte laudatur in eo
libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur.

9. Oratorem perfectum et cui nihil admodum desit, Demo-
sthenem facile dixeris. 10. C. Marius ortus parentibus obscuris
et qui victum manibus quaerent, adulescentiam egit in vico
quodam agri Arpinatis.

11. *In welchen Sätzen dieses Kap. bleibt et im Deutschen
besser unübersetzt?* 12. *Warum steht Satz 4 (nach equestre),*
5 (nach magnis), 8 (nach familiari) *kein et?* 15. *Übersetze mit
zwei Wörtern:* excellens vinum rubrum, multae liberae civitates,
nonnullae naves longae, magna itinera nocturna, pauci viri
fortes, complures docti homines!

¹) Cicero — ²) Kürze statt Länge (Spätlatein!)

- 146 1. Senat und Volk von Rom beschlossen, Karthago zu bekriegen. 2. Wer sich in Rom um das Konsulat, die Prätur und überhaupt die höchsten Ehrenstellen bewarb, mußte die Gunst seiner Mitbürger für sich gewinnen. 3. Es ist der Freundschaft eigen, zu mahnen und (!) sich mahnen zu lassen. 4. Thales, ein hochbegabter Mann, hatte in der Philosophie und insbesondere in der Astronomie viele neue Gedanken (= dachte viel Neues aus). 5. Nero schonte nicht einmal seine eigene Mutter. 6. Alexanders Truppen drangen in das eroberte Theben ein und schonten niemanden, weder Greise noch Kinder. 7. Niemand's Rat wurde dem des Timoleon an die Seite gestellt, geschweige denn vorgezogen; und das war ebensosehr eine Folge seiner Klugheit wie seiner wohlwollenden Gesinnung. 8. Auch das Alter hat seine Vorteile. 9. Viriathus, ein energischer und in der Kriegsführung nicht unerfahrener Mann, kämpfte in Spanien lange Zeit glücklich gegen die Römer. Nachdem er den römischen Truppen hartnäckigen und nicht zaghaften Widerstand geleistet hatte, unterlag er zuletzt durch die Hinterlist seiner Landsleute. 10. Bei der Eroberung von Jerusalem zerstörten die römischen Soldaten die ganze Stadt und nicht einmal der berühmte Tempel wurde verschont. 11. Wenn Cäsar siegt, schrieb Cicero an Attikus, so sehe ich eine Tyrannei voraus, die nicht nur keinem Römer, sondern nicht einmal einem Perser erträglich ist. 12. Viele von unseren Feinden sind uns nützlich; denn sie schmeicheln uns nicht. 13. Regulus kehrte nach Karthago zurück; aber er war nicht im unklaren darüber (= er wußte wohl), daß er zu den grausamsten Feinden gehe. 14. Die Römer haben lange, gefährliche Kriege mit den Germanen geführt; sie mußten dabei viele schwere Niederlagen einstecken. 15. Herodot ist ein glaubwürdiger Schriftsteller, der gewiß nie mit Absicht Falsches hat berichten wollen.

Disjunktive Konjunktionen

LL § 181 b 2; RH § 224 b

- 147 1. Aut Caesar aut nihil. 2. Quid timeam, si aut non miser post mortem aut beatus futurus sum? 3. Delinquitur aut proposito aut impetu aut casu. 4. Urbem Quirinus vel Romulus condidit. 5. A te bis terve summum litteras et eas perbreves accepi.¹ 6. Equidem ad pacem hortari non desino, quae vel iniusta utilior est quam iustissimum bellum. 7. Epicurus est homo minime malus vel potius optimus. 8. Ponte rescisso Dareus vel hostium ferro vel

¹) Cicero, fam. 2, 1, 1; *übersetze auch Kap. 31, 3*

inopia paucis diebus interibit. 9. Cretum leges sive Iuppiter sive Minos sanxit. 10. Veniet tempus mortis, sive retractabis sive properabis. 11. Imperat aut servit collécta pecúnia cuique.

12. *Piscatio*¹: Piscator captat pisces sive in litore hamo, qui ab arundine filo pendet et cui inhaeret esca; sive funda, quae pendens pertica aquae immittitur, sive in cumba reti; sive nassa, quae per noctem demergitur.

Adversative, konklusive, kausale Konjunktionen

LL § 181b 3—5; RH § 224c—e

1. Xenophontis sermo est ille quidem melle dulcior, sed a 148
frensi strepitu remotissimus. 2. Victoriam habuit Pyrrhus, verum
cruentam. 3. Pausanias capitis absolvitur, multatur tamen pecunia.
4. Treveri² legatos trans Rhenum miserunt rogatum auxilium;
neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut
Rhenum transiret. 5. Scimus musicam nostris moribus abesse a
principis persona, saltare vero etiam in vitiis poni. 6. Utinam,
Quirites, virorum fortium maximam haberetis copiam; nunc vero
Pompeius unus est, quem tanto bello praeficere positis. 7. Si
patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? Immo vero
obsecrabit patrem, ne id faciat. 8. Alcibiadis opera Lacedaemonii
superiores esse bello coeperunt; neque vero ea re tam amici
Alcibiadi facti sunt quam timore ab eo alienati. 9. 'Magnum
narras, vix credibile.' 'Atqui sic habet.' 10. Quirites, gratiam
mihi debetis; etenim (= namque) patriam servavi. 11. Principes
civitatum ad Caesarem dixerunt futurum esse paucis annis, uti
omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani
Rhenum transirent; neque enim conferendum esse Gallicum cum
Germanorum agro neque hanc consuetudinem victus cum illa
comparandam. 12. Nihil est naturae oboediens aut subiectus deus.
Omnes ergo regit ipse naturam. 13. M. Petronius centurio multis
iam vulneribus acceptis conantibus auxiliari suis: 'Frustra', inquit,
'meae vitae subvenire conamini, quem iam sanguis viresque
deficiunt. Proinde abite, dum est facultas, vosque ad legionem
recipite!' 14. Demosthenes, cum ei quidam obiecisset matre
Scytha natum, respondit: 'Non miraris igitur, quod Scytha matre
et barbara natus tam bonus et clemens evaserim?'

¹) nach Comenius — ²) Caes., b. G. 7, 55; *der Name des germ. Stammes der Treveri lebt weiter im Städtenamen Trier (ähnlich entstehen Ländernamen aus Volksnamen: Bayern, Franken, Schwaben, Sachsen, Preußen)*

15. Zur Unterscheidung und Wiederholung: a) Patria nihil dulcius esse potest. Proinde amemus patriam! b) Non semper patria proinde amatur ac merita est. Ama patriam, proinde ac si parens tua sit!

Merke:

| | | | |
|--------------------|--------------------------------|------------------------|--------------------------------------|
| <i>und</i> | et, atque, -que | <i>und nicht</i> | neque, et — non ¹ |
| <i>keiner</i> | nemo | <i>und keiner</i> | neque quisquam |
| <i>kein Mensch</i> | nullus homo | <i>und kein Mensch</i> | neque ullus homo |
| <i>nichts</i> | nihil | <i>und nichts</i> | neque quicquam |
| <i>nie(mals)</i> | numquam | <i>und nie</i> | neque umquam |
| <i>nie einer</i> | nemo umquam | <i>und nie einer</i> | neque um- quam quisquam |
| <i>nirgends</i> | nusquam | <i>und nirgends</i> | neque usquam |
| <i>denn</i> | nam, namque | <i>denn nicht</i> | neque enim |
| <i>nämlich</i> | enim, etenim | <i>nämlich nicht</i> | neque enim |
| <i>dennoch</i> | tamen | <i>dennoch nicht</i> | neque tamen |
| <i>und doch</i> | } atqui | <i>doch nicht</i> | neque tamen |
| <i>aber doch</i> | | | |
| <i>aber</i> | sed, at, vero, verum, autem | <i>aber nicht</i> | neque, neque vero |
| | | <i>aber nicht nur</i> | nec vero solum |
| <i>auch</i> | et, etiam, quoque | <i>auch nicht</i> | neque, ne — qui- dem ¹ |

- 149 1. Wo gibt es einen, der nicht wüßte, welch bedeutender Feldherr Alexander war? Trotzdem finden sich Leute, die nicht zweifeln, daß er besiegt worden wäre, wenn er auf gleiche Weise wie Pyrrhus Italien angegriffen hätte. 2. Arminius wurde von den Römern mit ungewöhnlich großen Ehren ausgezeichnet; deswegen vergaß er aber doch sein Vaterland nicht. 3. Scipio der Ältere errang viele glänzende Siege über Hannibal: aber doch entging er den Anfeindungen seiner Gegner nicht. 4. Xerxes nahm Athen ein und plünderte es; denn niemand verteidigte die Stadt vor den Feinden. 5. Eine Lazedämonierin reichte ihrem in den Krieg ziehenden Sohn den Schild und sagte: „Entweder mit diesem oder auf diesem!“ 6. Mag einer auch anfangs falsche Eide verheimlichen, spät doch kommt die Strafe mit leisen Schritten. 7. In Pompejus waren alle Feldherrneigenschaften im höchsten Grade vereint; und doch widersetzten sich so bedeutende Männer wie Katulus und Hortensius dem Manilischen Antrag. 8. Der Senat, der Konsul sieht die Schandtaten Katilinas; doch der bleibt am Leben. Bleibt am Leben? Ja, er kommt sogar noch in den Senat. 9. Unsere Vorfahren haben den C. Gracchus, den Saturnius, den Servilius ohne Zögern hingerichtet. Wir hingegen dulden schon zwanzig Tage die Ver-

¹) *mann darf neque nicht verwendet werden?*

brechen Katilinas und seiner Genossen. 10. Mag die Seele bloßer Odem sein oder Feuer, auf jeden Fall ist sie göttlich. 11. Zuweilen muß der Redner die Zuhörer zur Heiterkeit oder zum Lachen stimmen. 12. „Nehmt mich“, sagt Katilina zu seinen Genossen, „gleichviel ob als Führer oder gemeinen⁰ Soldaten!“ 13. Den Katilina habe ich, soll ich sagen, hinausgetrieben oder hinausgelassen oder vielmehr mit guten Worten hinausgeleitet. 14. Gewisse Arzneien sind zwei- oder dreimal am Tage einzunehmen.

Trostbrief an Cicero¹

Servius² Ciceroni salutem.

Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae³, filiae 150
 tuae, graviter tui communemque eam calamitatem existimavi; si affuissem, coram meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis acerbum est, propterea quia, per quos ea fieri debet, ii ipsi non sine lacrimis multis id conari possunt, tamen, quae in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere, non [quo ea te fugere existimem, sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias.

Quid est, quod tantopere te commoveat tuus dolor domesticus? Cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam, dignitatem, honores omnes. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad [vivendum magnopere invitare posset? quae res? quae spes? quod animi solacium?

Quae res mihi non mediocrem consolationem attulerit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi dolorem minuere possit. Ex Asia rediens cum ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicere: post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus, quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc diruta ante oculos iacent. Coepi egomet mecum sic cogitare: 'Nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, cum uno loco tot oppidorum cadavera proiecta iacent? Visne tu meminisse hominem te esse natum?' Cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem fac ante oculos tibi proponas! Unius mulierculae si iactura facta est, tantopere commoveris? Quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat.

¹) Cicero, ad fam. 4, 5 — ²) gemeint ist der ehemalige Consul Servius Sulpicius — ³) im Jahre 45

- 151 **Anhang: Zusammenfassende Übung zu „ohne daß, ohne zu“**
Vgl. RH Wortverz. S. 275 s. vv.; wdh. Kap. 117, 14; 138, 16b u. 143, 18

1. Alienas calamitates saepe videmus sine dolore (*ohne Schmerz zu empfinden*). 2. Aggredere duros labores sine mora (*ohne zu zaudern = nulla interposita mora*)! 3. Invitus te laesi (*ohne es zu wollen*). 4. Dumnorix omnia non modo iniussu civitatis, sed etiam insciente Caesare fecit. 5. Persae Athenas ceperunt nullo resistente (*ohne daß jemand Widerstand leistete*). 6. Amare nihil aliud est nisi eum ipsum diligere, quem ames nulla utilitate quaesita. 7. Legati Sequanorum¹ terram intuebantur taciti (= nihil dicentes). 8. Portae refractae sunt, cum iam defenderet nemo. 9. Romae fui neque Capitolium vidi. 10. Veni Athenas neque me quisquam ibi agnovit (*ohne daß mich dort jemand kannte*). 11. Medicus sanare non potest, nisi aegroti praeceptis eius parent. 12. Nihil potest evenire, nisi causa antecedit (*ohne daß eine Ursache vorausgeht*). 13. Decii pro salute populi ita se devoverunt, ut nihil de commodis suis cogitarent (*ohne irgendwie an ihren Vorteil zu denken*). 14. Nemo navigavit, quin se aut mortis aut servitutis periculo committeret (*ohne sich auszusetzen*). 15. Timoleon² tyrannum interficiendum curavit. Mater vero post id factum neque domum ad se filium admisit neque aspexit, quin eum fratricidam compellaret.

16. *Témpora lábuntúr tacítisque senéscimus ánnis
 ét fugiúnt frenó nón remoránte diés.*

- 152 1. Ihr werdet die Olynthier nicht retten, Athener, ohne selbst in den Krieg zu ziehen. 2. Viele Leute besuchen den Markt, ohne etwas zu kaufen. 3. Schon oft ist es vorgekommen, daß ein Krieg begonnen wurde, ohne daß er erklärt war. 4. Die Saguntiner baten die Römer um Hilfe, ohne sie zu bekommen. Hannibal aber belagerte die Stadt, ohne sich um die römischen Gesandten zu kümmern. 5. Schon viele Festungen sind gefallen, ohne daß es zu einer regelrechten Belagerung kam. 6. Niemand wandte sich an Sokrates, ohne gebessert (= besser) wegzugehen. 7. Die Veilchen wachsen, ohne daß sie⁰ jemand sät.

Friedrich der Große und der Bauer

- 153 Der König Friedrich war wegen seines Kriegsruhms, besonders aber wegen seiner Gerechtigkeit und [Leutseligkeit von allen Untertanen (= Bürgern) geschätzt; alt und jung, hoch und nieder

¹) vgl. b. G. 1, 32 — ²) vgl. Kap. 48, 5 u. 107, 3

vertrauten ihm, oder besser gesagt, sie liebten ihn. Unter anderem wird folgende Geschichte⁰ von ihm erzählt: Ein Bauer hatte einmal eine besonders große Rübe geerntet (= bekommen), so daß ihn alle um diese Frucht beneideten. Sein Weib riet ihm nun, diese aufs Schloß zu bringen. Der Bauer zögerte auch nicht, und er wurde wirklich zum König geführt und sagte: „Schau, Fritz, und du wirst staunen. Das ist die größte Rübe, die ich je geerntet habe. Nun bist aber du doch unser höchster Herr. Also schenke ich sie dir.“ Die ganze Umgebung¹ des Königs freute sich über die prächtige Gabe, der König aber rief lachend: „Du verdienst belohnt zu werden. So geh denn in meinen Stall und wähle dir das beste Pferd; das ich habe!“ Nachdem der Bauer ein sehr schönes Pferd erhalten hatte, kehrte er froh nach Hause zurück. Als er aber an seinem reichen Nachbarn vorbeiritt, beneidete ihn dieser um das Pferd. Deshalb putzte der Neidische sein bestes Pferd aufs schönste heraus (= schmückte), um es dem freigebigen Friedrich zu bringen und ein noch größeres Geschenk zu bekommen. Auch ihm antwortete der König sehr wohlwollend: „Ein solcher⁰ Kerl wie du muß etwas Außerordentliches bekommen. Also will ich dir etwas schenken, was du noch nie gesehen hast.“ Mit diesen Worten ließ er ihm jene große Rübe überreichen.

Rede Alexanders an seine meuternden Truppen²

Im Jahre 326 war Alexander bis an den Hyphasis, den östlichsten Arm des Indus, vorgestoßen. Doch kaum hatte er hier vom Gangesgebiet 154
genommen, so wollte er auch dieses erobern, um, wie er meinte, zum Ozean und zum östlichen Rand der Erde vorzudringen. Aber seine durch einen siebzigtägigen Tropenregen ermatteten Truppen weigerten sich hartnäckig, noch weiter ins Ungewisse zu ziehen — trotz der eindringlichen Rede, die der römische Schriftsteller Curtius Rufus dem Feldherrn in den Mund legt:

Non ignoro, milites, multa, quae terrere vos possent, ab incolis Indiae per hos dies de industria esse iactata: sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciae fauces, sic Mesopotamiae campos, Tigrim et Euphratem, quorum alterum vado transiimus, alterum ponte, terribiles fecerant Persae. Olim, hercules, fugissemus ex Asia, si nos fabulae debellare potuissent. Creditisne elephantorum greges maiores esse, quam fusquam armentorum sunt, cum et rarum sit animal nec facile capiatur multoque difficilium mitigetur? Atqui eadem vanitas copias perditum equitumque numeravit.

¹) Rel.-Satz — ²) nach Curtius 9, 2, 8ff.

Sed omnia ista vera esse fingamus: utrumne nos magnitudo beluarum an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos, praesens habemus exemplum: in suos vehementius quam in nos incurrerunt: tam vasta corpora securibus falcibusque mutilata sunt. Equidem sic animalia ista contempsi, ut, cum haberem ipse, non opposuerim satis gnarus, plus suis quam hostibus periculi inferre.

Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus: pervenimus ad solis ortum et Oceanum. Nisi obstat ignavia, inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolae faciunt, maturos fructus per inertiam amittere e manibus! Maiora sunt periculis praemia: dives eadem et inbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco quam ad praedam. Digni estis, qui opes, quas illud mare litoribus invehit, referatis in patriam, digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis.

Ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberrumque Patrem, si invidia afuerit, aequabo! Date hoc precibus meis et tandem obstinatum silentium rumpite! Ubi est ille clamor, alacritatis vestrae index? Ubi ille meorum Macedonum vultus? Non agnosco vos, milites, nec agnosci videor a vobis.

Nescio quid in vos inprudens deliqui, quod me ne intueri quidem vultis. In solitudine mihi videor esse. Nemo respondet, nemo saltem negat. Quos adloquor? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo. Obicite me fluminibus et beluis et illis gentibus, quarum nomina horretis! Inveniam, qui desertum a vobis sequantur. Scythae Bactrianique erunt mecum, hostes paulo ante, nunc milites nostri. Itē reduces domos! Ego hic aut vobis desperatae victoriae aut honestae morti locum inveniam.

Aufgabe: Setze die ganze Ansprache in die oratio obliqua!

Zur Wiederholung des gesamten Lehrstoffes

Karl XII., König von Schweden¹

- 155 Unter die Zahl der großen Fürsten, die das 18. Jahrhundert hervorgebracht hat, gehört meines Erachtens Karl XII., der König der Schweden. Denn dieser Mann⁰ hat durch seine glänzenden Taten bewiesen, was auch ein an Zahl schwaches Volk zu leisten vermag, sofern nur ein tatkräftiger² und genialer² Mann seine

¹) der Schweden; vgl. auch Kap. 148 Anm. 2 — ²) mit Substantiven (virtus — ingenium)

Geschicke lenkt. Kaum war er in einem (!) Alter zur Herrschaft gelangt, in welchem man die Söhne fürstlicher Häuser¹ noch in den Wissenschaften zu unterweisen pflegt, da sah er sich genötigt, mit mehreren Nachbarstaaten zugleich Krieg zu führen; Peter der Große nämlich, der Beherrscher des russischen Reiches, der darauf ausging, sein Reich durch Eroberung der um das Ostseebecken⁰ gelegenen Länder zu erweitern, hatte mit den Dänen und dem Kurfürsten von Sachsen, der zugleich König von Polen war, ein Bündnis gegen den jugendlichen Schwedenkönig geschlossen. Karl verkannte nicht, welche große Gefahren seinem Lande von allen Seiten drohten. Aber weit entfernt an seiner Lage zu verzweifeln, ging er unbedenklich seinen Feinden entgegen und besiegte sie wider Erwarten schnell in mehreren Schlachten, obwohl sie ihm an Streitkräften weit überlegen waren. Unbegreiflicherweise nützte er aber die Gelegenheit zur völligen Vernichtung der Russen nicht aus und erlitt so bald darauf bei Poltawa eine schwere Niederlage. Doch auch jetzt gab er den Kampf nicht auf; vielmehr reizte er die Türken, zu denen er geflohen war, zum Kriege² gegen den russischen Kaiser. Es gelang ihm bekanntlich, nach sechsjährigem Aufenthalt daselbst unter großen Gefahren in seine Heimat zu gelangen, wo er sich neuerdings zum Kampf gegen seine Feinde rüstete. Keinem von euch dürfte unbekannt sein, daß er bei der Belagerung einer norwegischen Festung den Tod fand (= fiel). Hätte sich Karl mehr klug als tollkühn gezeigt, so hätte er vielleicht ein zweiter Alexander werden können.

Die Belagerung Wiens

Zu derselben Zeit, als Deutschland unter der Regierung des 156
Kaisers Leopold I. im Westen von dem kriegslustigen König Ludwig XIV. von Frankreich hart bedrängt wurde, standen auch die Türken wieder auf dem Punkte, gegen die Stadt Wien vorzurücken, um, wo nicht ganz Österreich, so doch wenigstens den größten Teil dieses Landes zu erobern. Daher sandte der türkische Sultan, zumal er auch von den Ungarn, die schon längst mit der Herrschaft des Kaisers unzufrieden waren, aufgefordert wurde, ein riesiges Heer nach Österreich. Kaum waren die Türken in die Nähe von Wien vorgerückt, so begannen sie sofort die Stadt heftig zu bestürmen und überschütteten sie Tag und Nacht mit Geschossen aller Art. Und ohne Zweifel hätten die Belagerer die Stadt erobert, deren Einwohner in der Mehrzahl (= die

¹) aus einem königlichen Geschlecht entsprossen — ²) Verbum

meisten) anfangs den Mut verloren hatten und die Hoffnung auf ihre Rettung bereits aufgaben, wäre nicht an der Spitze der Verteidigung¹ ein umsichtiger und energischer Mann, namens Starhemberg, gestanden.

Weit entfernt sich so schwächlich zu zeigen wie seine Mitbürger, gab dieser Mann⁰ sich alle Mühe, jene zu tapferem Widerstande¹ anzufeuern; er wies stets darauf hin, daß die vom Kaiser und den deutschen Fürsten versprochenen Hilfstruppen herannahen würden. Und wirklich, in der höchsten Not, als bereits niemand mehr auf eine Rettung¹ der Stadt hoffen konnte, da erschienen von Westen her an der Spitze (= mit) zahlreicher Truppen die Fürsten, die alle ohne Ausnahme bereit waren, das Äußerste zu wagen, wenn es ihnen nur gelang, zur rechten Zeit Hilfe zu bringen. Bereits am nächsten Tage nach ihrer Ankunft¹ unternahmen sie von allen Seiten einen Angriff auf das feindliche Heer, das durch Seuchen ebenso zu leiden hatte wie die Stadtbewohner, und errangen einen glänzenden Sieg. Ja, nur wenige von den Feinden hätten dem Blutbade, das die Sieger anrichteten, entrinnen können, würden sich die Fürsten zu einer energischen Verfolgung der fliehenden Türken entschlossen haben.

Die Veränderlichkeit des Glücks

- 157 An Napoleon I., dem mächtigen Kaiser der Franzosen, kann man besonders erkennen, wie wenig die Sterblichen dem Glück trauen dürfen. Als er in der Mitte des Sommers des Jahres 1812 im Begriffe stand, an der Spitze von (= mit) mehr als einer halben Million (= 500 000) Kriegern gegen Rußland aufzubrechen, da hätte niemand gedacht, daß er bereits in wenigen Monaten nach Verlust seines Heeres nach Hause fliehen werde. Zwar fehlte es damals nicht an Leuten⁰, die ihn warnten, seinem Glück allzusehr zu trauen; allein obwohl er Grund gehabt hätte, den Warnungen solcher Männer Gehör zu schenken, war er doch bis dahin zu sehr vom Glück begünstigt, als daß er geglaubt hätte, er werde seinen Feinden unterliegen. Daher trug er kein Bedenken, in das Innere² Rußlands einzumarschieren, eines Landes, dessen klimatische Verhältnisse⁰ er zu wenig kannte; aber, dort angelangt, mußte er bald erfahren, daß er mit ganz anderen Schwierigkeiten zu kämpfen habe als je vorher. Schon 33 Tage, nachdem er in die zweite Hauptstadt von Rußland, in Moskau, eingezogen war, sah er sich durch die Umstände

¹) *Verbum* — ²) *Adj.*

gezwungen, unverrichteter Dinge heimzukehren. Wer hätte dies glauben mögen? Und da er die günstige Gelegenheit, sein Heer zur rechten Zeit heimzuführen, versäumte, so gingen fast alle seine Soldaten auf dem Rückmarsche durch die ungewöhnlich große Kälte und die Entbehrungen zugrunde.

Getäuschte Eitelkeit Ciceros¹

Cicero hatte im Jahre 75 die westliche Quästur Siziliens mit Sitz in Lilybäum innegehabt (daneben gab es noch eine östliche mit Sitz in Syrakus) und hatte geglaubt, er werde durch gute Verwaltung seines Amtes die Aufmerksamkeit der Römer auf sich lenken. Im folgenden erzählt der ehrgeizige Mann in seiner Verteidigungsrede für Plancius, wie gründlich er sich verrechnet hatte, so daß er sich gezwungen sah, in Zukunft eine andere politische Taktik anzuwenden. 158

Ita multa Romae geruntur, ut vix ea, quae fiunt in provinciis, audiantur. Non vereor, ne mihi aliquid, iudices, videar arrogare, si de quaestura mea dixero: quamvis enim illa floruerit, tamen eum² me postea fuisse in maximis imperiis³ arbitror, ut non ita multum mihi gloriae sit ex quaesturae laude repetendum. Sed tamen non vereor, ne quis audeat dicere ullius in Sicilia quaesturam aut clariorem aut gratiorem fuisse. Vere mehercule hoc dicam: sic tum existimabam nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, mancipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus; excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi.

Itaque hac spe decedebam, ut mihi populum Romanum ultro omnia⁴ delaturum putarem. At ego, cum casu diebus eis itineris faciendi causa decedens e provincia Puteolos⁵ forte venissem, cum plurimi et lautissimi in his locis solent esse, concidi paene, iudices, cum ex me quidam quaesisset, quo die Roma exissem et num quidnam esset novi. Cui cum respondissem me e provincia decedere: 'Etiam mehercule', inquit, 'ut opinor, ex Africa.' Huic ego iam stomachans fastidiose: 'Immo ex Sicilia', inquam. Tum quidam, quasi qui omnia sciret: 'Quid, tu nescis', inquit, 'hunc quaestorem Syracusis fuisse?' Quid multa? Destiti stomachari et me unum ex eis feci, qui ad aquas venissent.

Sed ea res, iudices, haud scio an plus mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati; nam posteaquam sensi populi

¹) Cicero, Planc. 63 ff. — ²) oder tälem — ³) = magisträtibus — ⁴) = omnēs honores — ⁵) das Schwefelbad Puteoli war ein Treffpunkt der vornehmen Welt, der lautissimi

Romani aures hebetiores, oculos autem esse acres atque acutos, destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare; feci, ut postea cottidie praesentem me viderent; habitavi in oculis, pressi forum, neminem a congressu meo neque ianitor meus neque somnus absterruit.

Zwei Berichte zur Varusschlacht

159 1. Difficilius est provincias obtinere quam facere: viribus parantur, iure retinentur.

Germani a Druso victi magis quam domiti erant. Postquam ille defunctus est, Vari Quintilii libidinem ac superbiam haud secus quam saevitiam odisse coeperunt. Itaque duce Arminio arma corripiunt, cum interim tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prodita quidem per Segestem coniuratione commoveretur. Itaque improvidum ex improvise adorti, cum ille — o securitas — ad tribunal citaret, undique invadunt. Castra rapiuntur, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem quo Cannensem diem Paulus et fato est et animo secutus.¹

